

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1662

Autre(s) référence(s) : Fauroux 220 / Tabuteau 264 / Round 152

Auteur(s) : Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1060-1066]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard fait tradition au monastère de Jumièges, du tiers de Motteville, de deux hôtises à Hardenvilla et de divers biens dans le pays de Caux ; de la moitié d'une dîme à Hennezi, pour laquelle les moines versent à un certain Gérard, sept livres de deniers et un cheval de quarante sous et à Guillaume évêque d'Évreux pour son consentement, vingt sous.

Guillaume, évêque d'Évreux, donne avec le consentement ducal, une charruée de terre arable à Emondeville, six acres de forêt et six hommes libres. dits alleutiers ; l'église Saint-Vaast [-Dieppedalle] avec la dîme en dépendant ; vingt-deux acres d'alleu à Hautot[-l'Auvray].

Guillaume, Gérard et Millo font don de leur part de l'église de Hautot[-l'Auvray] et de cent acres d'alleu à Beaunay ainsi que de tous leurs biens dans ce domaine. Diverses personnes cèdent encore des terres et une dîme ; Guillaume de Folny cède la dîme de son domaine ; Robert comte d'Eu donne deux maisons et la coutume qui lui revient dans le port du Tréport, avec deux bateaux de pêche et le droit à l'achat du poisson moyennant dispense du tonlieu.

Un clerc nommé Ascelinus donne ses biens de toute espèce à Bosville.

Guillaume de Sacquenville fait don de la terre du Nuisement près de Gauciel.

Richard [de Bienfaite], fils du comte Gilbert, fait don de la dîme de l'église de Dreule, avec le droit de sépulture, de la dîme du moulin de Rosay et celle de la forêt de Dreule.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., t. 1, p. 86.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°220, p. 417-420.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 152, p. 54.

Dissertation critique

Parmi les souscripteurs, apparaît Jean, évêque d'Avranches, 1060-1067. Voir FAUROUX, p. 418.

Texte établi d'après b

Nutu Dei moderantis omnia, ego Willelmus, dux Normannorum, notum fieri volo catholice filiis ecclesie quod, secundum clementissimi Redemptoris nostri preceptum qui ad dandum suos esse promptos hortatur fideles, quoddam beneficium, id est terciam partem de Maltevilla et duo hospicia in Hardenvilla et, ut plenius ac verius intelligatur, quecumque Theodericus in Calcivo territorio jure hereditario possidebat, omnia Deo et Sancto Petro Gemmeticensi trado, concedo perpetimque possidenda attribuo, videlicet pro anime patris mei Rotberti gloriosi comitis necnon meæ redemptione, pro ipsius quoque Theoderici salvatione, ut habeant, teneant ac perpetuo Gemmeticenses monachi libera quietaque possideant. Do etiam medietatem decime quam Gerardus filius Ansharii in Hanisiis tenere solebat, ipso denique Gerardo rogante, consentiente atque accipiente pro ea denariorum septem libras cum equo quadraginta solidis empto, annuente Willelmo episcopo Ebroicensis urbis, datis ei pro consensu viginti solidis. Prebet Willelmus, meo permissu, apostolorum principi in Amundevilla terram arabilem quantum sufficit uni carruce et sex acres silve atque sex homines liberos qui vocantur allodarii, ecclesiam quoque Sancti Vedasti cum omni decima ad ipsam pertinente, necnon viginti .II. acres allodii in Hotot. Item Willelmus, Gerardus, Millo quod habent in ecclesia ejusdem ville Hotot cum appendiciis ejus Sancto Petro tribuunt, acres .C. alodii in Belnaco ; Willelmus et Gerardus concedunt cum omnibus que in ea villa tam in ecclesia quam in silva, sive in aqua seu in molendino possidere videntur. Walterus et Malgerius acres .CC. ; Hugo et Walterius alter acres .C., cum omnibus que ad eos pertinent tam in ecclesia quam in silva, sive in aqua seu molendino, largiuntur. Gunfredus tribuit sue terre decimam ; Willelmus de Folliniaco decimam quam in eadem villa tenere dignoscitur donat, Rotbertus comes de Au duas domos secus mare in portu qui vocatur Ultrisportensis cum eadem consuetudine quam habet ipsemet in eodem portu, cum duobus piscatoriis navibus et pari piscium emptione, sopita telonei interrogatione, Sancto Petro largitur voluntarie. Ascelinus clericus que habet in Botevilla tam in silva quam in plano sive in ecclesia prebet. Willelmus de Sachenvilla terram Nusmient vocitatem que Vualsiardo est proxima concedit. Dat Ricardus filius Gisleberti comitis Deo et Sancto Petro omnem decimam quam tenere solebat Adselinus clericus in Druella, decimam scilicet ecclesie cum sepultura et decimam molendini de Roseto, et quam nunquam tenuit Adselinus decimam silve de Druella, pro remedio anime sue et patris sui atque conjugis sue et liberorum. Hec omnia quasi a me tradita manu confirmo propria et, ut inviolata permaneant, confirmans ego ipse fidelibus meis trado confirmanda.

++. Signum + Anshecel. Signum Rotberti + Mauritonii. Signum + Willelmi comitis Normannie. Walterius Gifart pater + et Walterius filius ejus +. Signum Willelmi + filii Osberni. Signum + Ricardi comitis. Signum + Godehildis. Signum + Salomon. Signum Johannis + episcopi Abrincatense (sic). Signum + Hugonis Munfort. Hugonis de Gretevilla. Signum Rogerii de Monte+Gomerico. Signum Ma+thildis uxoris ejus. Signum + Rodulfi camerarii. + Signum episcopi Willelmi Ebroicensis. Signum Girardi pincerne. + Signum Rag+nulfi camerarii. Signum Willelmi + Mallet. Signum + Rotberti filii ejus.

Dant Griponis filii Radulfus atque Goisfridus duas partes decime quam habent in Vuinemervilla, consensu Rotberti militis ad quem pertinet decime dominium. Signum + Roberti. Signum Raudulfi +. Signum Goisfridi +.

Godeboldus dat Deo et Sancto Petro ea que habebat in Botevilla, partem scilicet suam in ecclesia et in decima, favente domino suo Willelmo de Grainvilla. Signum Willelmi de Grainvilla +. Signum Vualterii filii ejus +. Adelis uxor ejus +. Signum Godeboldi +. Signum Willelmi presbiteri +. Hugo pater ejus, Haymeldis mater. Signum Rog +erii filii Turaldi. Gislebertus filius Walterii +. Rogerius filius Gonfredi +. Willelmus Tallebot +. Willelmus Judas +. Hetbrand +. Radulfus Lunetot +.